Quadrageſimoquarto cōmittitur, ſi quis dicat ſe Regē regn.Neapol. quod eſt patrimonium B.Petri, vt in c.ad apoſtolicæ, de re iud.lib.6.hoc dicit Bar.in l.2.in prin.ff.ad l.Iul.maieſt.qui non intrat per oſtium, ille fur eſt, & latro, de iur.patr. c.relatum, & c.inſinuatum, de ſymo.

{Quadrageſimoquinto modo, ſi facta pace inter duos Reges, cū eorū ſequacibus, & vnus ſine iuſta cauſa offendit aliū; & ſic frangitur pax ſecūdum Bar.in l.1.n.6.ff.ad l.Iul. maieſt. dum dicit, hæc lex poteſt intelligi in ſecuritate, &c.

3 Et ſciatis, † quod ſicut hoc crimen committitur contra Imperatorem, & Rempublicam Imperij; ſic etiam cōmittitur cōtra Regem, & quemlibet alium Dominum, non recognoſcentē ſuperiorem, vt tenet expreſſè Andr. in tit.quæ ſint regalia, in §.bona cōmittētium, col.6.& Bart. in l. hoſtes.ff.de capt & poſt. reuerſ. Paul. de Liaz. in d.cle.paſtoralis, Arch.in d.c.felicis, in verb. maieſtatis, de pæn. libr. 6. & Brixien.in verb.maieſtas allegat tex.in l nemo.C. de epiſc. aud. & Bar. in extrauag. ad reprimendum, in verb. rebellando. benè faciunt omnia illa, quæ allegat gloſ. in proœm. Conſtit. Regn. & tex.in l.ſi familia, ff.de iuriſd.omn.iud.vbi contra Regem committitur crimen læſæ maieſt.idem Bartol.in l.

4 lege 12. tabularum, ff.ad l.Iul. maieſtatis. Ex quibus infertur, quòd ſi vaſſalli Baronum, Regem recognoſcentes, ſe rebellant contra Baronem, non tangendo Regem, non incidunt in leſæ maieſtat. crimen; hoc voluit Oldr. in conſilio 43. incip. quæritur vtrum, & Bartol. in lege executorem, C. de execut. re iud. ſed alia ſunt pęna puniendi, ſi iniuſtè ſe rebellauerunt, hoc ſanè intellige, quando Baro non habet merum, & mixtum Imperium: ſecus ſi haberet merum, & mixtum Imperium à Rege, & offenderetur in perſona, tunc eſſet illud delictum crimen læſæ maieſtatis; tamen non puniuntur filij, vt dicit Salic. in d.leg.quiſquis, & patet expreſſè in lege 1. ff. ad l.Iul. maieſt. ibi quo quis magiſtratum Pop. Roman. &c. & idem voluit Bart. in d.extrau. ad reprimendam, in verb.rebellando; & Luc.de Pen. in l.1.C. vt armorū vſus, lib.11. in 2.col. & Aug. in addit. ad tractat. Ang. de malef. in verb. *Che hai tradito la tua patria*. Et ibi de iſta materia.

5 Et committentis crimen læſæ maieſt. in alam perſonam, quā in Regem, vel eius conſiliarium, nunquam filij priuantur bonis, vt in d. l.fin.ff.ad l. Iul.maieſtat. Hæc omnia ferè ita, ut ſupra formaliter accumulauit, Afflict. ſuper feud. in tit. quæ ſint regalia, in §.bona commitentium crimen. Et in hac materia vide etiam Fabi.Montel. ſuper 4. litteris arbitralibus, p.4.

6 nu.315. cum ſeq. fol.169. ubi diſtinguit, & † ponit, quot modis committatur in primo capite, & quo modis in 2.& tractatur etiam diffusè per Boſſ. in tit.de crimine læſæ maieſtat. & diffuſiſſimè per Gigan. in tract.ſuo de crim.læſæ maieſt.

7 Item adde, † quod fingens ſe eſſe officialē, & ſub nomine officij facien. ſibi aperire aliquam domum, vt aliquādo faciūt diſcoli, incurrit pęnam leg.1.ff. ad l. Iul.maieſtat. & pariter pęnam falſi, Franc. Marc. in deciſione 514.nu.3.circa finem

b Et poteſt poni exemplum in ſubdito, qui fecerat tractatum contra perſonam Domini, vt iu caſu in quo conſuluit Socin. iun. conſil.105. libro 3. Alciat.conſ.456. Vel contra ſtatutum Principis, vel Reipub. vt in caſu Bald. conſil.58. & ſeq. lib.1. & Alex. conſil.13. lib.6. & Iaſ.conſilio 86. lib.3. Alciat. conſil.453. Vel qui ciuitatis ipſius dominium tyrannicè occupauerit, vt in caſu Socin. conſil.22. libro 1. Vel patriam oppugnauerit, vt in caſu Socin. conſil.275. lib.2. Vel armatus venerit in bello contra principem ſuum, vt in caſu Aleiati, conſil.467. quia cum hoſtibus domini pacem, & amicitiam contraxerit, vt in caſu Decy, conſilio 604. 605. & 690. Grammatici, conſil.13. & 31. Vel quia tentauerit tanquam hoſtis occupare caſtra vel ciuitates ipſius domini, prout contigit in quodā Ioan. de Landriano, qui, dum inſeruiret Gallis, decreuerat occupare oppidum Abbatis Craſſi, & tam ipſe cum ſocijs, quā Gabriel Burrus, qui ſciens eos receptauerat, & auxilium eis dederat, fuerunt capite truncati, & in fruſta ſciſſi, 7. Septembris 1535. C.C.

Vel quòd caſtra ipſa inuaſerit, & occupauerit, vt in caſu Ruin.conſ.1. & 2. lib.5. Item poteſt poni exēplum in cuſtode arcis ſeu caſtri, qui illud tradat hoſtib. prout in quodā Gallo Caſtellano Caſteletti Genuenſis, qui vendidit ipſum caſtelletum Genuenſib. & fuit propterea capite truncatus, & rotæ ligneæ inſertus, vt refert Boer. de cuſtod. clauiū, nu.25. Velent ſi nō vendidit, ſed illud hoſtib. tradidit, vt in caſu Cornei, cōſ.96 lib 4. Pōt et exēplum poni in eo, qui deſtruxit manu armata pōtē exiſtent in territorio domini ſui, qb tamē ſi facti fuerit ſine dolo, excuſatione meretur, vt in facti cōtigentia eleganter cōſuluit Cephal.cōſ.75. & ſeq.1.d.1.1. Vel quia reuelauerit ſecreta Principis, vt in caſu Marſ. conſ.1.

d Itē ſecundum aliquos poteſt

8 Item adde, † ſi fiat actus inferens crimen læſæ maieſtatis, vt eſt aſcenſus per muros, caſtri occupatio, pontium demolitio, ſed alio nomine, & ex alia cauſa, quia Principem offēdendi, tunc non incurritur crimen læſæ maieſtatis, quia, vbi poteſt capi alia coniectura minoris delicti, quis non dicitur committere tale crimen, ſed ab eo excuſatur. Ruinus conſ.1.volumine 5. Dec.conſ.102. num.17. inter conſ. crim. tom.1. Ceph.conſil.75. num.9. & ſeq.& conſ.76. n. 78. Burſat. conſ.152.nu.37. *Baiard.*

b *Et poteſt poni exemplum.*] Exempla diuerſa recenſentur, & Farin. ſupra 16. caſus recitat. Quid ſi contra patriam Fari.d.q.112. inſpect.6. n. 209. & ab vniuerſitate, vel Imperatore contra Papam. Farinac.d.q. 112.inſpect.7.num.221. & ſeqq. & qualiter de rebelle vide eundem d. q.113. inſpect. 2. nu.66. & de conſpiratione ibi inſpect.3.nu.104. & de cōtentiōe contra principē ibi inſpect 4.n.118. de ſeditione inſpectione 5.nu.176. *Roſ.*

c *Vel quia cum hoſtibus domini.*] Adde, † quod bona metus vaſalli, ne bona ſita depopulentur, & deuaſtentur, & auferantur, excuſat vaſſallū, qui hoſtes domini adiuuit, Imol.conſ.34. Abb.conſil.3.vol.2.Gram.cōſ.31. Grat.conſ.1.n.84.lib.1. & conſ.5.numer.36. & ſeq. eod.vol. Tiber. Decian.conſil.23.num.26.lib.1. *Baiar.*

d *Item ſecundum aliquos poteſt poni exemplum in eo, qui*

10 *de Principe, aut Domino ſuo obloqutus.*] Adde, † quod nomini Principis detrahens ad ipſum Pr ncipem remittendus, & puniendus eſt pro motu animi ſui, leg. vnica, C. ſi quis Imper. maled. in fine, Afflict. deciſione 265. num. 62. & deciſ. 307. vide omninò Menoch. de arb. Iud. caſ.377. vbi plenè, qua pœna ſint puniendi maledicentes Principi; & an Principi eos punire expediat.

11 Item adde, † quòd maledicens Papæ, vel Epiſcopo non punitur, Alber. de Roſ. in rubr. C. ſi quis imper. maled.

Item adde videndum in hac materia, quando verba iniurioſa, & maledica contra Principem prolata faciant proferētem reum eſſe criminis læſæ maieſtat. Burſat. in conſilio 28. Crau. conſ.224. Natt.conſ.592.num.23.& Maſcard. de probat. concl.462. num.35. vbi tenent, veriſsimam eſſe ſententiam, quod quis propter verba iniurioſa, & maledica prolata de Principe non incidat in crimen læſæ maieſtat. ſed debeat puniri iuxta diſpoſitionem leg. vnic. C. ſi quis Imper. maled. arbitrio eiuſdem, habita ratione qualitatis perſonæ, verba proferentis, & ob quam cauſam, quæ magis peccat in leuitate vitæ, quam cerebri, quam quod multum ſit prudens, Boe. in tract.de ſeditioſ. in 4.præmiſſo, nu.1. & 2. niſi eſſent verba contra Principem, mulierem viduam, quæ muttum eius exiſtimationem læderent; quia tunc aliud eſſet ſtatuendum, Marſil. conſil. 1. numer. 22. cum ſeqq. & Burſat. conſ.147. numer.10.41. & ſeq. & de maledicentibus Principem, & eorum pęnis latè per Decian. in tract. crimin. libr.7. cap. 50. vbi multa habentur Principum exēpla, qui vti Princeps alti animi maledicta neglexerunt. Et han habens deſiderium

muta-

mutati onis ſtatus, committat iſtud crimen, Bertaz. conſ.28. numer.12. vol.1. ubi tenet, quod non tamen cautius eſt, nòn propalare tale deſiderium: nam legitur in Hiſtorijs, quod Agrippa, qui affectabat Imperium pro Caio nepote Tiberij Imperatoris dixit, vtinam viderem mortem importuni ſenis, ſcilicet Tiberij, & Caium dominum totius orbis; fuit accuſatus apud Imperatorem Tiberium de hoc crimine, quod dicebāt eſſe maieſtatis, quod orauerat Deū pro morte Imperatoris, & Tiberius eum capi fecit, & incarcerari, vbi ſtetit per ſex menſes; & ſuccedente morte Tiberij, fuit Caius ad Imperium ſublimatus, qui ſtatim eum liberauit, & ſibi bona, ac honores ampliſſimos contulit *Baiard.*

e *Qui de Principe.*] Adde Principi maledicēs, quando, & qua pœna feriendus ſit, & an Principi conducat ſuos maledicos punire, varijs exemplis Principum declaratum, atque egregiè explanatum vide per Iacobum Menochiū de arbit. iudic. lib.2. centur.4.caſ. 377. *Giach.*

f *Conſ.6. & 9.*) Et vbique plene. Item quotmodis contrahatur crimen rebellionis, vide remiſſiuè per pract.Carrer.pag. mihi 56. num.88. *Giach.*

g *Committitur autē.*) Et committitur contra quoſcumque non recognoſcentes ſuperiorem. Farinac. dicta quæſtione 112. inſpect. 1. num. 18. 19. 20. 21. 22. & inſp. 5. numer.190. *Roſ.*

h *Num.51.*) Vide Socin. conſil 121. col. 1. & 2. vol. 4. *Giach.*

i *Dubium eſt.*) Quid uerò contra Principes inferiores Far d.q.112. in ſpect.5.n.176. vbi nouē caſus recenſet. *Roſ.*

k *Multi tenent.*) De vſurpatione iuriſdictionis Farinac. d.q.114. inſpect. 1. & Turbantibus eam ibi inſpect.2.n.21. & ſequentibus vbi latiſſimè præcipuè numero 58. & 61. *Roſ.*

Multi tenent.) Adde, atque vide tenentes iſtam opinionē per Rol. nouiſſimè in conſilio 15. num. 7. vol. 4. *Giach.*

poni exemplum in eo, e qui de principe, aut domino ſuo oblocutus fuerit, in quo tamen videnda ſunt ea, quę in facti contingentia ſcripſit Ruin.conſilio 145. libr.5. & Crauet. f conſil.6. & 9.

2 *g Committitur autem crimen læſę Maieſtatis non modo contra Papam, & Imperatorem, ſed etiam contra Reges, Principes, vel Ciuitates, quę ſuperiorem non recognoſcunt. Et ita concludunt Doctores omnes, nemine excepto, vt dicit Gigas de crimine Læſę Maieſtatis, folio 30. quęſt.28. Hanc etiam atteſtatur eſſe communem opinionem Boſſ. in tit. de crimin. læſę Maieſt. h num.51.*

3 *i Dubium eſt, nunquid crimen læſæ Maieſ. dicatur committi etiam contra principes inferiores, & ciuitates, quæ ſuperiorem recognoſcunt. Et certè de iure loquendo, iſte articulus magnam habet difficultatem, & k multi tenent, quòd diſpoſitio l. quiſquis, C. ad leg. Iul. maieſt. non habeat locum contra committentes crimen læſæ Maieſt. contra huiuſmodi Principes, vel ciuitates ſuperiorem recognoſcentes. Et hanc opin. dixit eſſe communem Soc.conſ.275. poſt numer.1.libr.2. quem refert Ruin. conſi.3. poſt numer. 12.lib.5. Sed certè quicquid ſit de iure, dicit Pau. de Caſt. in l.3. nu.6. in fine, C. de Epiſcop.aud. quod de facto ſeruatur, videre ſuo, quòd etiam in iſtis ciuitatibus attentantes contra earum ſtatutum, puniūtur de crimine læſæ Maieſt. ſiue recognoſcant ſuperiorem, l ſiue non. Et hoc dictum Pauli de Caſt. refert Brunus conſilio Feudali 28. nu.3. & Gigas in tract. præalleg. fol.30. q.29. Ita etiam de conſuetudine in Italia ſeruari atteſtatur Cæpolla conſil. crim.17.n.19. quem refert Soci. iun. conſil. 105 nu. 14. lib.3. Et Boſſ. in loco prææalleg. poſt num.51. prout etiam de facto ſeruatum fuiſſe refert Guido Papæ deciſ. 344. pone aliquis, in quodam, qui conſpirauerat in necem Amadei Ducis Sabaudiæ, de quo arreſto mentionem facit Papo lib.22. tit.1. arrecto 1. Quinimò etiam de iure loquēdo, hanc opin. dicit eſſe cōmunem Alex.conſil.13.n.2.lib.6. prout illū refert Rol. conſ.88. nu.1.lib.2. Barb.conſ.70.n.34. lib.4. Alciat. conſ.465. in primis verbis. Et ſtante conſuetudine, ita ſeruandum eſſet: quò ad ipſum principalem delinquentem, licet quo ad filios aliud ſit, vt dixi infra, verſi. vnum tamen.*

4 *m Quero nunquid offendens Cardinalem incurrat crimen læſæ Maieſt. Reſpon. quòd ſic, & eſt communis opin. Doctorum, vt ait Gigas in tractatu præallegato fol.7. q.1. num.1. Sunt enim Cardinales tanquam fratres Papæ, & pars corporis ipſius.*

5 *n Quero etiam nunquid offendens Conſiliarium Principis incurrat crimen læſæ Maieſtatis Reſpōdetur Hæc quæſtio contigit de facto in perſonam excellentis Doctoris, & magni Feudiſtæ, D. Andreæ de Iſer. qui fuit trucidatus in ciuitate Neapolis tempore Reginæ Ioannæ eius nominis vndecimæ cuius ipſe erat conſiliarius, & fuit determinatum, quod ſic, vt dicit Paris de Put.de ſynd. folio 124. nu.14. & refert Afflic. ſuper 1.p. conſt.regni, rub.26. n.6. Et ita in facti contingētia conſuluit Rubeus conſ.146. Et licet o aliqui deſtinguant, an id fiat in odium principis, vt .ſ. priuetur illo Conſiliario, p an ob priuatum odium ipſius Conſiliarÿ, ego tamen indiſtincte teneo, quod cōmittatur crimen læſæ Maieſt. nam Conſiliarÿ ſunt pars corporis ipſius Prin-*

l *Siue non.*) Farin. d. inſpect. 5. numero 186. & duobus ſequentibus, & num. 190. *Roſ.*

Siue non.) Adde vt per Roland. conſil.74. num. 3. libr. 3.

Alciat. reſpon.9.in princ.tom.2.lib.7. Qui tamen Alciat. fuit in hoc ſibi parum conſtans, nam contrarium voluit reſp. 19. numer.4. vbi atteſtatur de magis commun. opin. Et quod crimen læſæ Maieſt. committatur etiam contra Principes inferiores, puta Duces, comites, Marchiones, videlicet poſt relatos per Crau. in conſil. 319.col.1.v.videtur.*Gia.*

m *Quæro nunquid.*) Cardinalem offendens. Farin.d. q. 112. inſpect. 75. *Roſ.*

Quæro nunquid offendens Cardinalem.) Ad-

11 de, † quod nedum offendens Cardinalem incurrit crimen læſæ maieſtatis, ſed etiam ſi quis offendat Epiſcopum, vel eius Vicarium, ſecūdum Bolognin. conſil. 75. & de offendentibus Cardinales, Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patr archas, & Sedis Apoſtolicæ legatos, latè per Viu opi.88.lib.1. & incurritur crimen læſę maieſt.in primo & ſecūdo capite, Bero.in cōſ. 114. n.49.vol.1. *Baiar.*

n *Quæro etiam.*) Quid de aripiente condemnatum à manibus familiæ. Item, quid de occidente condemnatum ductū ad ſuppliciū, vide per pract. Carer.pag.69.col.2.*Gia.*

Quæro etiam.) An poterit ipſe cognoſcere idē Clarus in §.fin.quæſt.35. verſ. ſolet. Far.d.q.117. n.37. & d.q.112. inſpect. 1. num.51.& nu 156. inſpect.1 n 64. & de oratoribus, & nuntijs inſpect. 4.numer.160. & ſequen. *Roſ.*

Quæro etiam.) Adde,

13 † quod occidens officialem non committit crimen læſæ maieſt. dummodò propter eius factum, Princeps non offendatur, nec ſtet circa latus ipſius Principis, & quod ſupremus nō ſit, & ſuperiorem recognoſcat, Bart.in l. hoſtes n. 15 ff. de capt. & poſtlimin. reuer. Iſern. titul quæ ſint regalia, ſuper verbo, & bona committentium, Dec. conſ.410. Gigas, in tract. de crim. læſę maie. lib 3 c.23. n.7 & Alciat. conſ.19. lib.7. & eſt receptiſſima ſētentia, vt per Vulpel.in conſ.21.n.5.B.

o *Aliqui diſtinguunt.*] Adde, atq; iſtos diſtinguētes ita vi. per Rol.in cōſ. præallegato 15.n.13.cum ſeq.vbi & ipſe illos ſequitur, *Giac.*

p *An ob priuatū odium.*) Secus in offendente officialem Vulpell. conſil.21. num.5. Farin. dict. q.112. inſpect.3.num.

cipis, & ideo illos offendens indiſtinctè cenſendus eſt principem offendere, ſemper tamen intelligo de Conſilijaris reſidentibus apud perſonam Principis, & ſedentibus eius ſupremo conſiſtorio, [q] & non aliter.

6 [r] Vidi quandoque dubitari, nunquid ille, qui non eſt ſubditus Principi, dicatur contra eum committere crimen læſæ Maieſtatis. Et dicendum eſt, quod non [s] ita probat tex. in clem. paſtoralis, vbi gloſ. in verbo, Non ſubfuit, de re iudic. & eſt communis Doctorum ſententia, vt ait Rol. conſ. 4. num. 1. Et ideo licet aliquo particulari iure puta feudi, vel delicti, quis efficiatur de foro alicuius Principis, ſi tamen ratione originis, vel domicilij, ei non ſit ſubditus, non dicitur committere contra eum crimen læſæ Maieſtatis. Et ita ſentiunt cõmuniter Doctores, vt dicit Gigas in tract. præalleg. fol. 54. quæſt. 68. poſt numer. 2. Et ita vidi pluries in facto iudicari, & in ſpecie in cauſa D. Cornelij Bentiuoli, 4. Nonem. 1557. P. N. Reperio etiam, quod Senatus reſcripſit Regi 17. Aprilis 1561. A. C. in cauſa Scipionis Vicomercati, quod illegitimè natus extra Dominum ex ſubdito bannito propter rebellionem, & muliere extra, non dicitur rebellis, etiam ſi ſit legitimatus: quæ eſt magna deciſio.

7 [t] Hinc infertur, quòd licet clerici nati in terris ſubditis alicui principali laico, dicantur naturaliter, ſiue originariè eſſe de domino, & ditione illius Principis, prout tenere communiter Doctor. atteſtatur Gigas de crimine læſæ Meieſtatis, fol. 50. quæſt. 63. num. 2. nihilominus [u] cum re uera poſt clericatum iam non poſſit verè dici ſubditi ipſius Principis, non poſſunt dici cõtra eum cõmittere crimen læſæ maieſtatis. Et hanc dicit eſſe communem opin. Car. Alex. in c. in primis, §. de perſona, col. 5. ver. nõ obeſt, opin. 2. q. 3. quem refert Goueſ. in §. Rurſus, poſt nu. 24. Inſt. de action. Et ita in facti contingentia Senatus cenſuit quendam Laurentium Vicomercatum, qui imputabatnr, quòd inſeruiſſet Gallis, abſolutum ſuiſſe, conſtito, quod eſſet perpetuus Cõmendatarius cuiuſdã Abbatiæ, 19. Septemb. 1554. B. P. Reperio tamen, quod Senatus in cauſa cuiuſdam presbyteri appellati D. Iacobi Pigocij, qui conduxerat hoſtes ad oppugnandum quoddam oppidũ huius Dominij, & conſilia, & auxilia eis dederat, inclinauit in contrariam ſententiã, quod ſcilicet videretur incidiſſe in crimine læſæ Maieſt. & hortatus eſt Vicarium Epiſcopalem Cremonæ, apud quem ille presbyter reperiebatur dentus, vt viriliter contra eum procederet, & admitteret prætorem ad perficiendum proceſſũ. Sed credo, quod propter decretum gratioſum ſtatim ferè ſubſecutum, fuerit relaxatus Caueant tamen in omnem caſum clerici, ne talibus ſe immiſceant, quia licet hæc concluſio ſit de iure vera, tamen [x] Principes ſeculares de facto ſeruant contrarium, vt dixi infra hoc eod. libro §. fin. quæſt. 36. ver. quæro nunquid, & in ciuitate Florentiæ fuit alias propter hoc crimen ſuſpenſus quidã Archiepiſcopus.

8 [y] Sed quæro, quæ ſit pœna committentis crimen læſæ maieſtatis. Reſp. quod eſt pęna mortis. Et de cõnſuetudine ſolẽt huius criminis rei, viui in fruſtra ſcindi, & appẽdi in locis eminentib. ciuitatum, ſeu caſtrorum, in quib. deliquerũt.

9 [z] Præterea, licet hodie, ſecundum ius commune, bona damnatorum non confiſcentur, & hoc ex diſpoſitione authenticæ, bona damnatorum. C. de bon. proſcript. in hoc tamen crimine bona confiſcantur, vt dicit gloſ. in ead. auth. bona damnatorum, in verbo, Fiſco, quam ſequuntur DD. vt dicit Cæpol. conſil. crim. 27. in 4. dubio. Dixi infra hoc eod lib. §. fin. q. 78. circa prin. Quinimò rei huius criminis, ſtatim perpetrato delicto amittunt dominiũ, & adminiſtrationem bonorum ſuorum. Et ideò non puto verum eſſe id, quod aliqui dicunt, ſcilicet, quod in hoc crimine bona non confiſcantur ipſo iure: quam etiam dicit eſſe cõmunem opi. Boſſ. in tit. de ſent. nu. 48. quia imò à lege confiſcantur ipſo iure, licet confiſcatio non ſortiatur effectum, [a] niſi ſecuta ſententia hominis, per quam declaretur reum incurriſſe in crimen læſæ Maieſt. Scias autem, quod licet de iure hęc pęna confiſcationis bonorum, non habeat locum, quando committitur crimen læſæ Maieſt. contra Principem inferiorẽ. nihilomnus de conſuetudine in Italia ſeruatur contrarium, nam quilibet Princeps, etiam recognoſcens ſuperiorem, publicat bona ſuorum rebellium, vt atteſtatur Cæpolla in allegato oonſil. ver. Præterea licet etiam.

10 Hæ autem pœnæ, & aliæ, quæ inpoſitę ſunt [b] à l. quiſquis. C. ad leg. Iul. Maieſt. filijs eorum, qui cõmittunt crimen lęſę Maieſt. quantum fieri poteſt, reſtringi debent, cũ ſit cõtra iuris regulã, qua cauetur, vnũ pro alio in deli-

ctis

136 per totum Roſ.

q Et non aliter.] Vide tamen Boſſ. titul. de crim. læſæ Maieſt. nu. 5. 9. & 14. pro declaratione. Quid ſi à non ſubdito id fieret. Farin. d. q. 112. inſpect. 8. nu. 240. & num. 258. Roſ.

r Vide quandoque du-
14 bitari.] Adde, † quod dicitur lædere maieſtatem Principis ille, qui lædit eius honorem, etiamſi non ſit ſubditus, Beron. conſil. 165. nu. 19. vol. 3. Baiard.

ſ Vt ait Rol. in conſil. 4. nu. 1.] Adde communem eſſe per eundẽ latè d. conſil. 15. nu. 7. & per totum Giach.

t Hinc infertur.] Et quid in clerico, & prælatis. Farinac. d. q. 112. inſpect. 7. nu. 230. & 231. 232. 233. & ſeq. vbi num. 221. tract. de vniuerſitate, vel caſtro, & n. 229. de Imperatore offendẽte Papam. Roſ.

Hinc infertur, quod licet clerici, &c.] Adde
15 † videndum D. Far. in q. 8. n. 28. cum ſeq. vbi latiſſimè hanc quæſtionem tractauit Baiard.

u Cum re vera poſt clericatum.] Infr. quæſt. 38. verſ. vidi etiam, vbi de loco ſacro tenuit contrarium, qui locus ſacer ideò non deſinit eſſe de Iuriſdictione, & Territorio Principis, ibi vide. Drogh.

x Principes ſæculares.] Adde, quòd in quodam Reuerendo Preſbitero Pompeio Lando Placentino accidit de anno 1581. cum conſpiraſſet (vt fertur) aduerſus Serenniſſimũ Ducem Octauium Farneſium. Drogh.

y Sed quæro.] de pœna criminis læſæ Maieſt. Farin. d. q. 116. §. 1. nu. 1 & ſeq. Roſ.

z Præterea.] Hodie ſecundum ius commune bona damnatorum non confiſcantur, ſecus in crimine læſæ Maieſt. Far. d. q. 116. §. 2. num. 12. & 11. de delict. q. 25. n. 11. & dicto §. 2. 14. & 23. & 66. vol. 1. Roſ.

Præterea.] Infr. §. fi. quæſt. 71. verſicul. Multa autem, & verſic. Dixi autem, quæſt. 84. ver. ſed pone ad fin. Capyc. deciſ. 136. num. 16. ibi, acta priuata malorum potius, quàm verba ſententiarum ipſos faciunt pœna condignos. Drog.

a Niſi ſequuta ſentẽtia hominis, &c.] Adde,
16 † quòd in hoc delicto requiritur declaratoria; & iſta eſt magis communis opin. vt per Gabr. commun. concl. libr. 7. concluſ. 11. vbi ponit multas ampliationes, & limitationes; & quomodò ſit
17 facienda declaratoria ad hoc, vt quis ſit priuatus ſuis bonis propter iſtud crimẽ, vide per Gabriel. conſ. 179. nu. 1. & 2. Bai.

b A lege quiſquis.] An locum habeant hæ pœnæ læſæ Maieſtatis contra filias Farin. dicta quæſtione 116. §. 3. numer. 72. Roſ.

A lege quiſquis.] Adde, quod habet locum in his, qui more militari, & apertè ſequuntur partes alterius Principis prætendentis ius, vt per Alciat. reſpon. 19. col. 1. tomo 2. lib. 7. Et in quibus locum habet, vel non, latiſſimè per Rol. conſ. 1. in 3. Giach.

ctis puniendum non eſſe, vt dixi infra hoc eod. lib. §. fin. quæſt. 86. Et ideo tales pœne non habent locum [d] contra filias feminas. Et eſt communis opin. vt dicit Gigas in tractat. præalleg. fol. 150. quæſt. 14. poſt. num. 15.

11 Sed nunquid habent locum in [e] filijs naturalibus tantum? Reſpon. quòd ſic. Ita tenuit Cyn. in d. l. quiſquis, & ita etiã tenent communiter Doctor. vt dicit Aug. ad Ang. de malef. in verbo, Et hai tradito. n. 5. Hanc etiam dicit eſſe magis cõmunem concluſionem Claud. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus, num. 11 ff. ad. Trebel.

12 [f] Fuit etiam aliquando dubitatum, an dictæ pœnæ locũ habeant ſolummodo in filijs natis poſt delictum patris, an autem etiam in natis ante delictum. Et in hoc variæ fuerunt Doctorum opin. Nam ali qui tenuerunt, quod habeant locum etiam in natis ante delictum, & hanc opin. dixit eſſe communem Claud. in l. ſi quis id quod, num. 14. ff. de iuriſd. om. iud. Gigas in tract. præallega. fol. 144. quæſt. 5. poſt numer. 2. Contrariam autem ſententiam, quod ſcilicet non habeant locum in natis, vel conceptis [g] ante delictum patris, tenuit Cyn. in d. l. ſi quis, & hanc dicit eſſe [h] communem Alciat. conſil. 497. nu. 7. Et hæc opin tanquam mitior, & benignior mihi magis placet. Faciunt, quæ dixi ſupra hoc eodem lib. §. hæreſis, verſic. ſed hic quæro. In filio autem concepto poſt bannum ex hoc crimine patri datum, certum eſt, quod locum habẽt, & ideò ei non eſt danda legitima. Et hæc eſt communis opinio vt atteſtatur Boſſ. in titulo de crim. læſæ Maieſtatis num. 138.

13 [K] Præterea quæro, nunquid dictæ pœnæ ſtatutæ contra filios, habeant locum etiã contra nepotes. Reſp. quod ſic. Et eſt communis opin. vt dicit Saly. in d. l. quiſquis, nu. 12. quem refert Didac. lib. 2. reſol. c. 8. num. 3. in fin. Bene verum eſt, quod non extenduntur niſi vſque ad ſecundum gradum deſcendentium ex maſculis incluſiue, & vſque ad primum gradũ deſcendentium ex feminis & eſt cõmunis opin. vt dicit Sal. in loco præalleg. quem refert Iaſ. conſ. 106. n. 3. lib. 4.

Quæro etiam, nunquid diſpoſitio d. l. quiſquis, quatenus loquitur de filijs, habeat locũ [l] non ſolum in patre committente hoc crimen, ſed etiam in matre. Reſpon. quod ſic, ita tenuit gloſſ. in ead. l. quiſquis, in verbo, Minus auſuras, & ita communiter tenetur, vt dicit Ang. de malef. in verbo. Et hai tradito. num. 12. dicens, quòd licet videatur inuſitatum, quod mulier tale crimen committat, illud tamen vidit ſemel de facto Bononiæ Et illum refert Marſ. conſil. 53. poſt num. 8. quod nota pro limitatione eorum, quæ dixi ſupra lib. 1. quod in pœnalibus non ſit extenſio, &c.

14 [m] Vnum tamen non omitto, quòd diſpoſitio d. l. quiſquis, quatenus loquitur de filijs, non habet locũ, niſi quando crimen læſæ Maieſt. eſt cõmiſſum contra Imperatorem, [n] vel Remp. Romanam. Et eſt communis opin. vt atteſtatur Gigas in tract. præallegato. fol. 161. quæſt. 23. n. 9. Et dicit Alciat. in d. conſ. 467. n. 6. in fin. quòd hæc concluſio eſt approbata indiſtinctè ab õnibus. Et pro hac parte coſuluit Soc. conſil. 275. infra allegato. Neque eſt hoc loco prætermittendum id quod dicit Ang. in l. fallaciter, nu. 4. C. de abolit. quod ſcilicet pęna d. l. quiſquis, reſpectu filiorum non ſeruatur, quod verbum Angeli tanquam viri excellentiſſimi, & magi practici, multum eſſe à iudicibus ponderandum, dicit Socin. in d. conſ. 275. nu. 3. in fin. lib. 2. Illud etiam refert, & idem atteſtatur Alciat. in d. conſil 467. numer. 6. Et re vera apud nos nunquam vbi tales pœnas in filijs obſeruari: loquitur tamen ibi Angel. in eo, qui hoc crimen committit contra propriam ciuitatẽ. Et ideo ſi commiſſũ eſſet cõtra propriam ciuitatem. Et ideò ſi cõmiſſũ eſſet cõtra Papã, Imperatorem, vel Regẽ, qui ſuperiorem non recognoſceret, fortè aliud eſſet dicendum.

c Et ideò tales pęnæ.]
18 Adde, † quòd filiæ fęminæ debẽt dotari, Roland. in conſilio 33. volum. 2.

19 Item adde, † quòd nec habent locum in filijs clericis, ſecundum Borellum in tractat. de arbitrar. §. 1. gloſ. 3. numero 54.

20 Item † adde, quòd etiam non habent locum in filio emancipato ante patris delictum, cui pater donauit bona, Afflictus in conſtit. Patarenorum in fine.

21 Item adde, † quòd in crimine hæreſis, & læſæ maieſtatis filius tenetur pro delicto patris, ſed nõ è conuerſo, pater tenetur pro delicto filij, & quæ ſit ratio diuerſitatis, vide per Afflict. in d. conſt. Patarenorum, num. 42.

22 Item adde, † an filius, & quando feudo, & emphiteuſi priuetur ob delictum læſæ maieſtatis à patre commiſſum, vide Capr. reg. 77. vbi latiſſimè, & Beron. in conſ. 77. num. 7. vol. 1. Baiard.

d Contra filias feminas.] Adde, quòd debent dotari, quod habetur fuſius per Rolan. cõſ. 73. libr. 2. retulit Iſern. dicentem, hoc benè fuiſſe ſeruatum temporibus ſuis per Regem Ferdinandum, qui honorificè maritauit filias Principis Roſſani, qui notoriè commiſerat crimen læſæ Maieſtatis contra Regẽ. Communem etiam inquit Manſuer. ad pract. Papien. in forma, inquiſitio. gloſ. fin. verbo, fin. s 2. Giach.

e Filijs naturalibus.] d. q. 116. Far. d. q. nu. 86. & 87. §. 3. Roſ.

f Fuit etiam aliquando.) In filijs natis ante delictum prædictũ, Farin. d. q. 116. num. 91. 92. §. 3. Roſ.

Fuit etiam aliquando
23 dubitatũ.] † Adde Rolan. in conſ. 74. volum. 3. vbi tenent, quòd huiuſmodi pęnæ non habent locum in filijs natis poſt delictum. Baiard.

g Ante delictum.] Adde fuſius, & intermi- nis per Rolan. conſilio 74. lib. 3. videlicet ibidẽ quia plenè, ac in terminis conſultus reſpondet. Giach.

h Communem. Farin. ſup. num. 77. Roſ.

i In filio autem.] Et in concepto poſt bannum. Farinacius ſupra prox. Roſ.

k Præterea quæro.] quid contra nepotes. Farin. d. q. 116. num. 89. & ſeq. §. 3. Roſ.

l Non ſolũ in patre.] Et idem ſi committatur à matre, & generaliter in feminis. Far. d. q. 112. inſpect. 7. n. 227. & d. q. 116. §. 3. nu. 98. Roſ.

m Vnum tamen.) Pęnæ criminis læſæ Maieſtatis reſpectu filiorum reſtrĩgũtur in Imperatore, vel Rom. Republic. Farinac. d. q. 112. & inſpect. 5. nu. 197. 199. & 200. & 204. & d. q. 116. §. 3. num. 143. 144. 145. & 146. Roſ.

Vnũ tamẽ non omit-
24 to.) Adde, † aduertendum eſſe, quod in caſibus in quibus pęna patris nocet filijs, nocet tantum in his, quæ deſcendunt ex perſona patris: ſecus in alijs quæ aliũde obuenerunt ipſis filijs, Gram. dec. 6. nu. 14. vide etiam Beron. in conſ. 65. n. 155. uol. 1. & ibi etiam dicit, quando filius amittat feudum. Baiard.

n Remp. Romanam.] Adde, quod de tali crimine accuſatus apud Populum Romanum Coriolanus, dum interrogaret ipſe Tribunos, cuius eum Reum criminis arguerent, reſponſum eſt per hæc uerba: Martius (inquit) Tribunos rogat, cuius eum criminis reum arguant? perduellionis actionem eſſe aiunt, ſeque illud Regnum affectaſſe demonſtraturos, inquiunt: Sic apud Plutarcum in Coriolani vita legitur: & apud Liuium Decad. 1. libr. 1. Lex inquit, erat horrendi carminis; quẽ locum citat Cateli. Cotta in ſuis memorabil. in verb. perduellionis, & eſt lex, in l. fin. ff. ad l. Iul. Maieſtat. Gram. deciſ. 6. n. 4. vide in §. Interdum Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. deſer. Drogh.